Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26467
Copyright: Admont, Benediktinerstift

surrectio mortuorum. Non poterat descendere. non poterat saluari. quia non credebat quod dns nr ihc xpc carne susceptisse ex uirgine. Hic autem qui opiebat mediatorem dei et hominum. hominem illum expectans eum de quo dictum est. et mittet dominus hominem qui saluos faciat eos. credebat hominem non habere. et ideo ad sanitatem meruit peruenire. qui credebat in aduentum. Melior tamen et perfectior fuisset si credidisset iam uenisse. quem sperabat esse uenturum. Nunc uide singula. Diuinam figuram pertulisse in iordane. quando neaman ille leprosus mundatus est.

Puella illa ex captiuis quae est. in qua speciem habebat ecclesiae et figuram repraesentabat. Captiuus ut erat populis nationum. captiuus erat. non dico captiuitate sub hoste aliquo populum constructum. sed ea captiuitate dico quae maior est. quando diabolus cum suis seuo dominatur impio. et captiua sibi colla subiecit peccatorum. Ergo habes unum baptisma. aliud in diluuio. habes tertium genus quando in mari rubro baptizati sunt patres. habes quartum genus in piscina quando mouebatur aqua. nec te consulo utrum credere debeas. quia habes praesentia trinitatis in hoc baptismate quod baptizat xpc idem quo baptizatur in ecclesia. Idem itaque dns nr ihc xpc in euangelio suo dicit ad apostolos. Ite baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. Sermo huius saluatoris est. Dic mihi homo. inuocauit helias de cielo ignem. descendit ignis.